



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

26. De officio Sacristæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Officio Sacriste.

TIT. XXVI.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anan. Panorm. Petr. de Raven. in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decret. fol. 27. verso, Daniel Venator. in analysi method. iuris Pontificij, pag. 80. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque lib. Decret. Barth. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. & nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacrista ad officium quæ spectent, ponuntur.
- 2 Sacrista quam dignitatem & officium habeat, remissum.
- 3 Sacrista potest renuntiare.
- 4 Sacrista idem est quod Thesaurarius.

CAP. Ut sciat, vni, Ex Conc. Tolet.

Sacrista est sub Archidiacono, habet curam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, & thesauri Ecclesiastici, & eorum, quæ pertinent ad luminaria in cera, & oleo. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Panorm. Host. Butr. Anch. Viu. in rationali primi libri iur. Pont. par. 349. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 116. remissum Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 18. c. 1. & ab Iuo part. 6. cap. 10.

De officio, & dignitate Sacristæ agunt Greg. 1. 6. tit. 6. p. 1. Fr. Hieron. Roman. de Republ. Christiana lib. 3. c. 9. Azor. instit. mor. p. 2. lib. 3. c. 16. q. 4. & 5. Card. Tusch. tit. D. concl. 419. n. 24. Galgan. de iure publico, lib. 3. tit. 33. Sebast. Casl. in relect. de Eccles. hierarchia q. 1. proem. § 5. ex n. 2. Et quod possit renuntiare, tenent Hojed. de incompatibil. benef. p. 1. c. 8. n. 3. Flamin. de resign. lib. 2. q. 1. num. 96.

Seu totius thesauri Ecclesiastici. Adverte idem esse Sacristam, qui nunc in Ecclesiis solet Thesaurarius nominari, quoniam utriusque videtur idem esse munus & officium, Azor. d. c. 16. q. 4. vbi q. 6. dicit Thesaurarium dignitatem, vel personatum habere, quia in choro, consessu, comitiis, & suffragiis ferendis gradum & locum honorificum habet, de quo latè Sebast. Casl. d. q. 2. proem. § 5. num. 4. cum seqq. & Thesaurarium inter dignitates referunt Abb. in cap. de multa num. 23. vers. secus, de prabend. vbi Quint. in repet. n. 89. circa med. Rot. in Pamphilon. Thesauraria 23. Ianuarij 1617. coram R. D. meo Coccino Decano, quos refert Burat. decis. 473. n. 5. vbi numeris sequentibus latè ostendit ex quibus probetur, quod thesauraria sit dignitas.

**

De Officio Custodis.

TIT. XXVII.

SUPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Anch. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Butr. Ioan. de Londris in in breuiario sanctorum Canonum fol. 164. verso, Petr. de Raven. in compendio iur. Can. Mart. Mefnart. in epitome Decret. fol. 27. verso, Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. pag. 87. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. titulorum iur. Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Custodis ad officium quæ spectent, ponuntur,
- 2 Custodis officium & dignitas, quæ, remissum.
- 3 Officio quis priuatur propter negligentiam.

CAP. Custos. I. Ex lib. Rom. Ordinis.

Custos debet obedire Archidiacono circa custodienda ea, quæ sunt Ecclesiæ, pulsare signum pro Horis Canonicis, custodire pallia, linteamina, & alia utensilia, vigilare in accendendo lampades, & lateras sine excessu, & defectu, & si non bene fungitur suo officio, ab Archidiacono corrigi debet, & si non se emendet, re delata ad Episcopum eicitur, & prouidetur de idoneo. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. Viu. in ration. primi libri iuris Pont. pag. 350. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 127. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 19. c. 1.

De officio, & dignitate Custodis agunt etiam Azor. instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 16. q. 7. & 8. Galganet. de iure publico, lib. 1. tit. 34. apud Hispanos, lib. 6. tit. 6. p. 1. Et de ædificio Sacre ædis custode apud Gentiles, vide Robert. Valtur. lib. 8. de re militari, c. 1. verbo, Ediles.

Denuntiando. Intellige de denuntiatione canonica, Maranta de ordine iudic. p. 6. tit. de denunt. n. 7.

Per indecentem eiectio. Notatur ad hoc quod propter negligentiam quis priuatur officio, vt per Dec. in c. 2. in fin. de appell. n. 8. Cald. Pereira in l. si curatorem, C. de integ. restit. minor. verbo, sine curatore, n. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Custodis ad officium quæ spectent ponuntur.
- 2 Oblationes lucrari non possunt nisi clerici inuehentes Diminui.
- 3 Oblationes indistincte persolunt ad Rectorem.
- 4 Oblationes quæ sunt tempore Iubilæi in Ecclesiâ Cathedrali spectant ad Archiepiscopum eiusdem Ecclesiæ, & non ad Episcopum.
- 5 Custos, Sacrista, & Thesaurarius idem videntur esse.

CAP